

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius

**Augustus Varenius, D. Univ. Rostoch. h. t. Rector ad Solemnia aditi Rectoratus
inprimis autem ad publicam sanctionum & LL. Academicarum paelectionem d. II.
Maii in Auditorio magno ... expediundam & reverenter ac submisso audiundam
Omnes omnium ordinu[m] Cives Academiae autoritate publica invitat**

Rostochii: Keilenbergius, 1678

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730547922>

Druck Freier  Zugang



1678



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn730547922/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730547922/phys_0001)

DFG



1678

AUGUSTUS VARENIUS, D. Univ. Rostoch. h. t. RECTOR

ad

Solemnia aditū Rectoratus

in primis autem

ad publicam sanctionum & LL. Academiarum
lectionem d. II. Maij in Auditorio magno inde
expediundam

& reverenter ac submissè audiundam

Omnes omnium ordinū Cives Academiæ
autoritate publicâ invitati.



Demosthenes allegatus in ff. de Leg.

Lex est, cui omnes obtemperare convenit, tum ob alia multa,
tum vel maxime eō, quod omnis Lex inventum ac munus Dei est.

Ibidem ff. de Legibus laudatur illud Chrysippi

velut summa Sapientie Stoica Philosophi

Lex est omnium divinarum & humanarum rerum regina. Oportet autem Legem esse præsidē & bonis & malis,
& Principem & Ducem, regulam justorum & injustorū,
nisi τῶν Φύσει πλητυμῶν λόγων, faciendorum præceptricem,
fugiendorum prohibitrīcem.

ROSTOCHII, Typis FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typ.
Anno CIC 100 LXXVIII.

Ræclarè verbipotens olim Romæ
Consul, & verè Romani maximus Autor
Tullius eloqvi l. 3. de Republ. Est, inquit,
bac vera, constas, & sempiterna LEX, quæ nec per
SENATUM, nec per POPULUM solvi possumus,
quæc non alia est Rome, alia Athenis, alia nunc,
alia posthac: sed & omnibus gentibus & omni tempore, LEX UNA
& SEMPITERNA & IMMUTABILIS, cuius unus est Magister, idemq;
Interpres, explanator, disceptator, idem sc. qui ejus Inventor & Autor,
IMPERATOR OMNIUM DEUS, cui Legi qui non parebit,
SEMETIPSUM FUGIET, ac NATURAM HOMINIS ASPER.
NATUS, HOC IPSO MAXIMAS POENAS LUET, ETIAMSI
CETERA, QVÆ PATITUR, SUPPLICIA EFFUGERIT.
Quam Ciceronis Sententiam tanti aestimabat pari eloquentia
ac gravitate Scriptore exente seculo III. Lactantius, ut ad illam
ex Tullio relatam, inqvit honorificam tales publicare non
vereretur: *Suscipienda Dei LEX est, quam nos ad VIRTUTIS iter*
dirigat, ILLA SANCTA, ILLA COELESTIS, quam M. Tullius in libr.
3. de Republ. penè divinâ voce depinxit, & ad insertam illam, quis,
inquit, Sacramentum Dei sciens, tam significanter enarrare illam
Legem Dei possit, quam illam homo longè à veritatis notitia remotus
expressit? Ego vero eos, qui vera imprudenter loquuntur, sic haben-
dos puto, tanquam divinitus spiritu aliquo insineti. Quid si, ut Legis
sancta vim rationemq; ipse pervidit, ita illud quoq; sciasset aut expli-
casset, in quibꝫ præceptis LEX ipsa consisteret, non jam PHILOSOPHI
functus esse officio: sed PROPHETÆ. Tantò magis autem æsti-
manda illa Lactantii in Tullii hanc sententiam censura, qvan-
tò severior alibi (l. 1. c. 20.) in hunc ille, & sic sine Studio
Censor fuit, qui duo vocabula in alio Ciceronis dicto: MA-
GNUM audaxq; CONSLIUM suscepit Grecia, quod Amorum &
Cupidinum simulacula in Gymnasio suis consecravit, ferre non po-
tuit: sed adulatoriæ vanitatis insimulata reprobavit: Nō enim,
inquit,

inquit, illud MAGNUM, aut omnino CONSILIO dicendum fuit: sed impudicorum hominum perdita & deplorata nequitia, qvi LIBEROS suos, quos ERUDIRE AD HONESTA debebant, prostituerunt libidini Juventutis, à quibus flagitiorum Deos, & in illis potissimum locis, ubi nuda corpora corruptorum luminibus patent, & in illa colate voluerunt, QVÆ SIMPLEX ET IMPROVIDA, PRIUS IRRETIRI, ET IN LAQVEOS POTEST CADERE, QVAM CAVERE. Quid mirum si ab hac gente universa flagitia manarent, apud quam IPSA VITIA RELIGIOSA SUNT, EAQUE NON MODO NON VITANTUR: VERUM ETIAM COLUMNTUR? Atq; in illa LEGE NATURÆ (sine quam LEGE non magis homines esse possunt, quam sine MENTE, & cuius adeo ex suis communissimis Principiis consideratæ, nulla datur invincibilis ignorantia) primaria &, prout de sapientia i. loquitur Aristoteles, οὐ φαλὴν ἔχουσι, est LEX RELIGIONIS s. colendi Numinis, usq; adeo intimè cordibus mortalium inscripta, ut ne ipse quidem Epicurus (pro quo in eruditissimo apud Ciceronem l. de nat. Deorum Dialogo causam peroravit Velleius) Numen negaverit: quin per assertam prolepsin s. anticipatam quamdam notionem Numinis, ante supervenientem doctrinam, omnium animis ab ipsa natura impressam, vel maximè illud assertum iverit, utcunq; , quam agnoverat Numinis religionem, PROVIDENTIAM abnegando, penitus ē medio rursus sustulit. Non minus Tullio graviter de hac naturali religionis Lege Plutarchus l. adv. Coloten: Peregrinibus, inquit, multas contingit occurrere urbes absq; mænibus, absq; literarum studiis, absq; Regibus, absq; auri & argenti thesauris, absq; Theatris & Gymnasio, immo etiam urbes absq; adibus (pro quibus sola illis tuguria & mapalia) sed Nulla urbs, cui Nullus sit Deus, nulla sacrificia, ad bona curanda, & mala vitanda. Talem, inquit, urbem Nemo VIDIT, neq; videre potuit, potiusq; sine SOLE, quam sine DEO & RELIGIONE urbem confixerit. Hec enim LEX religionis s. cultus Numinis est omnis societatis vinculum, omnium aliarum LL. & sanctionum fulcimentum, per quam Lycur.

Lycurgus Lacedemonios, Numa Romanos, Jon ille priscus Athenienses, Deucalion Grecos propè omnes ad religiosam LEGUM venerationem convertit. Egregiè illa Tullii & Plutarchi omnia, & Scripturis consonantissima. Agnovit Apostolorum Princeps ipsis Gentilium cordib⁹ inscriptam VERITATEM DEI (Rom. 1, 18. c. 2, 15.) cùm Theoricam illam, qvā quod de DEO cognoscē potest, manifestum in ipsis est, sic, ut Deum norint (c. 1, 19. 21.) tum Practicam, qvā agnoverint dñi a ipsa Deū, s. id quod jus, vel ipsa Lex divina in agendis moralibus exigit (c. 1, 32.) usq, adeo, ut quādam quæ Legis sunt fecerint, & faciant, atq, sic, non habentes Legem, sibi ipsis sint Lex, velut qui ostendant opus Legis scriptum in cordibus suis, unā testimonium reddente ipsorum conscientiā & Cogitationibus se se mutuo accusantibus, aut defendantibus (Rom. 2, 14. 15.) Praeclarè, inquam, illa Sapientum Gentilium dicta, nisi & illi ipsis, & multò magis inferioris subsellii infideles, quod ibidem expressum Apostolo est, illā VERITATE nō humiliter & reverenter: sed arroganter, sic ut se dictitarent Sapiētes, usi, reverā per affectatam obtenebrationem cordis, & negligētiam illarum notitiarum naturaliū, ad veram praxin inquiringi veri cultus Dei, in superstructis illi LEGI naturę ratiocinationibus VANI facti & STULTI, detinuissent & repressissent illam naturalem VERITATEM DEI, Theoricam qvidem illam sub cœptis s. impietate (mutantes gloriam incorruptibilis Dei in idolum corruptibilis hominis, volucrum, quadrupedum, reptilium, ipsarum, sic VERITATEM naturalem pravè applicantes & transmutantes in falsitatem, colendo religiose creaturas, præterito Creatore, qui est BENEDICTUS in secula. Amen. c. 1, 18. 21. 22. 23. 25.) Practicam autem, sub adiutoria s. injusticiā, faciendo qvæ minimè conveniunt, nec solum faciendo: sed etiam facientibus ultrò cōsentiendo (Rom. 1, 18. 26. 28. 32.) Inde sc. quod illā naturae LEGE malè usi, in Polytheismū abominabilem exiverint, sic ut cœlum, terram, mare, fluvios, & qvicq; vid conditum in illis, in Idola converte.

verterint, prout notatu*Apostolo l.* alleg. est, qvomodo Ägyptiis Nilus primariâ religione cult⁹, & in hoc *Crocodil⁹*, in terrâ, ibes, feles, & duo boves, ac præcipuā inter illos religione, *Canis*, anteqvā post mactatū semel à *Cambyses*, semel ab Ocho, Apim, soli omnium animalium *Canis* absumptum, hic exautoratus primario illo cultu est. Et in illo tamen fœdissimo Polytheismo mansit ex *Lege naturæ* veneratio Numinis, eti⁹ prodigiole applicata. Ne fando qvidem auditum, *Crocodilum*, *felem*, aut ibim violatum unq̄am ab Ägyptio, nedum ipsorum *Apim*. Miles Romanus ob *felem necatum*, capite luit. Testis Diodorus. Ochum Perlarum Regem, qvod ad exemplum Cambysis Victoris, *Apim* mactasset, *Asinum* Ägyptii appellarunt, odio illum æqvè ac Cambysem, velut nefarium & intestabilem prosecuti. Testis Plutarch. l. de Isid. & Osir. Areopagitæ *Socratem* (at quantum Athenis!) qvod de religione aliter sensisset, cicutam bibere jussérunt. *Protagoram*, qvod de Numine dubitasset, urbe & agro exterminarunt, combustis ejus libris. *Stilponem Megarensem* negantem Pallada ēivāθēov, Atheismi inde in Areopago accusatum, frustra habitâ ejus excusatione, quæ Pallada non θεα: sed saltim θεον esse negarit (qvod ipsi judicarunt, esse ludere in re seriâ) solum vertere jussérunt. Ita illi Gentiles, pro *Lege naturæ*, ejusdemq; primariâ, religionis, utut nefarie in falsitate transmutata, pro suis idolis, qvæ NIHIL sunt, imò pro quadrupedibus & reptilibus, in qvæ mutarunt gloriam incorrupebilis Dei, suère Zelotæ. Et inter Christianos qvi veri & sempiterni Dei verâ religione & Christi Sacramētis censi volūt, dātur, qvi adeo & religionis & omnes ceteras *Leges* (qvas tantâ magestate in monte Sinai promulgavit incomparabilis supremusq; LEGISLATOR DEUS, ut omnes Israelis myriades in tremorem darentur, & hunc ipse Moses, expertus, voce illâ fateretur: *Expavescitus sum ac tremebundus* Hebr. XII, 21.) qvæq; ex illo sanctissimo fonte Decalogico in Rempublicam derivantur, exautoratum

tum eunt, ut ordine inverso, dum aut LEGI, & per hanc supremo Numini parendum, aut libidinibus miserè serviendū, qvō harum mancipia, macti dedecore, esse pergent, malint LEGEM, ipsumq; NUMEN postponere, & vitias flagitia ipsa, jam religiosa & gloria sedare, qvā libidines s̄evas illas & foedas abrumpere, sic ut non suos velint mores conformari divitiae LEGI; sed LEGEM, ipsumq; Numen suo illi barbaro perversoq; mori. Tantum potest mens corrupta, affectatumq; peccandi studium, patentissima ad Atheismum porta! Qvia enim obicem ponit improbis metus Numinis, & vel ipsius Naturæ Legis, & tamen impunè peccare volunt, quantum additur Crimini, tantum detrahitur LEGI & NUMINI, adeo, ut per varios gradus, & magis atq; magis, tandem metus omnis & LEGIS & NUMINIS pectoribus executiatur, succedente jam plenis velis audaciæ regno, & Atheismo, sic ut eatur in illam stultitiam de qvā Sapientissimus Regum Prov. XIX, 3. Stultitia hominis pervertit viam ipsius, & adversus ipsum DEUM ferret animus ejus, & ad Sectam illam Stultorum, qvi dicunt in corde suo: NON EST DEUS. De Onagro Orator ē tonitru ad Jobum Deus c. 39, 8. Qvis, inquit, solvit lora Onagri, cui campestria pro domo, & pro habitaculo falsuginosa terra? Atq; tales Antinomi Onagro (ut in hoc prodigio sam ruditatem & feritatem Deus ipse designat) qvi semel domitus nunquam rursus efferratur, rudiores, dum Legum metum omnem excutiunt, & illud velut celeusma, & triumphale carmen sibi ipsis accinunt: יְהוָה בְּנֵי קְרַב Qvis effet DOMINUS Nobis? Ps. XII, 5. qvid aliud illo ipso, quo se se expedire conantur, compendio obtinent, qvā ut Diaboli laqueo magis implacentur, ab eo captivi facti, ad ipsius libitum, 2. Tim. II, 26. & sic sibi ipsis LEGEM laxando, per latam illam portā, spatio samq; viam, in qvā ambulant qui sunt ex classe τῶν ὑπὸλθων, abducantur in exitum? Matth. VII, 13. Qvi enim LEGEM tollunt, religionē Numinis omnem tollunt, ac, prout Tullius loquebatur, naturam homi-

hominis aspernari, & sic, velut proditores generis humani, ipsa NATURÆ, quā, velint, nolint, inscripta cordibus circūferunt, LEGE sunt ~~avengēti~~, si suop̄e judicio condemnati. Et tales quidem desperatos & insanabiles in Academiā nostrā, ipsaq; Juventute Academicā dari, nondum persuadere nobis possumus, speramus potius & optamus sive omnes sive plurimos esse FORTES, vel saltem SANATES, qvia tamen à levioribus ad graviora, & ab his ad gravissima delicta facilis casus est, omnibus modis Jurisdictioni nostræ commissos Cives & publica LEGUM Academicarum prælectione, & hoc ipso PROGRAMMATE, ad officium & obedientiæ gloriam, ut LEGIBUS se alligatos agnoscant, idq; opere ipso ostendant, revocare voluimus, ne quis forte ex impunitate qvorundam delictorum, DUELLORUM, in primis, abolitam jam opinetur Sanctionem Academicam, qvæ Duellatores proscriptibit. Cumq; in confessu nostro hesterno plenisima nobis fides fieret, Duellorum illam licentiam adeo invaluisse, tantoq; numero STUDIO-SOS nostros duellis, nec cæsim saltem: sed & punctim congressos esse, ut nisi remedio severiore portus occupetur, metuendum sit, ne, nec unius saltē: sed vel plurimum, funus efferatur, ipsiusq; & hujs mortalis & æternæ vitæ jactura inseqvatur. Qvocirca, licet non ideo Cæsarum Leges robur non habeant, qvod harum severitatē aliquando temperamentū quedam benignitatis mitiget, præsertim ubi manifesta pœnitentiæ signa spem vitæ correctoris præbent, cum tamen connivere malo in plurimum pericliem grassaturo, non elementiæ sit: sed crudelitatis, ne, qvod PIETATIS, JUSTITIÆ, SAPIENTIÆ sacrarium esse debebat, in crudelis sævitiae Theatrum degeneret, ita qvo sic satis propioribus annis turbato, Pelion imponatur Ossæ, & vel in uno Juvene salus efferatur Patriæ, decrevimus in eodem Ordinis nostri Confessu, non solū Programma sub Rectoratu & communī nomine nostro d. VII. Maji an. circ 10c LXXII. cum ex pari duellorum freqventiâ turbaretur, publicatum de tabulâ Academicâ, intimare: sed & idem, qvod in illo habetur, statutum hue transcribere, ne quis futurus Monomachus deinceps ignorantiam allegare, & petulans vel ferox duellator mitigationem ausit expectare. Verba autem statuti ita habent:

Ult publica tranquillitas firmius muniatur, & occasiones Cædium & tumultuum vitentur, Relegationis pœnam denunciamus petulantibus Ἰρανθέλοις grassatoribus, qui inter se vel intra mœnia, vel extra oppidum configunt. Qvisq; ergo sive ad dimicandum provocans, sive provocatus configit, is sciat

Sciāt, se hoc ipso factō in relegationis pœnam incurrisse. Quid enim interest (ut Tertulliani verbis utamur) inter provocantem & provocatum, nisi qvod ille prior in maleficio deprehendatur: at ille posterior: tamen uterq; læsi hominis Domino reus est, qvi omne nequam & prohibet, & damnat.

Agnoscetis patrium nostrum affectum, qvi id à vobis reqvirimus, qvod Deus vestri salutis desiderantissimus, qvod LEX servandis vobis, non perdēdis promulgata, qvod CÆSAR, omnibus, qvicaus à studiorum peregrinatur, Scholaribus & maximè divinarum, arg, SS. LEGUM Professoribus, hoc sacratissima & sua pietatis beneficium indulgens, ut in locis, in quibus literarum exerceantur studia, tam illi, qvām eorum nuncii, securè habitent, & ut, qvorum scientiā totus illustratur mundus, & ad obediendum DEO & CÆSARI vita subiectorum informatur, qvad am speciali dilectione Cesareā ab omni injuriā defendantar, ut ut à vilissimis sape hominibus sine causā corporales injurias patiantur, qvas tamen, sub notā infamia, sacre illius constitutionis temenitoribus irrogandæ, ulcisci, nostrumq; sic Ordinem vindicare voluit FRIDERICUS Cæsar gloriiss, record. (auth. Habitā C. ne Filius Patre) Requirimus, inquam, à Vobis, qvod post Deum, Legem, Cesarem, Serenissimi nostri Principes, (clementissimè rogatæ vestræ militiæ patrocinium, & à sagatâ securitatem promittentes, dummodo intra vestræ militiæ Academicæ Leges Vos continentis) qvod velint vestri Parentes, qvod Patria, qvod in Patriâ Patroni, qvorum expectationem fallere sine dedecore non potestis. Agite, pectora generosa & ad laudem decusq; nata, spuriam illam fortitudinem, utriusq; militiæ Legibus severè prohibitam, cui Regum etiam sanctione infame lignum s. patibulum decernitur, ejurate, & ut optumè valeatis, LIBBUS, ipsiq; sic DEO parete!

P. P. Sub Sigillo Rectoratus, ipsis Calendis Maii
A. O. R. cīc īc LXXIIX.





hominis aspernati, & sic, velut proditores generis
 quā, velint, nolint, inscriptā cordibus circūferunt, I
 s. suop̄e judicio condemnati. Et tales qvidem
 Academiā nostrā, ipsāq; Juventute Academicā
 nobis possumus, speramus potius & optamus si
 FORTES, vel saltem SANATES, qvia tamen à le
 his ad gravissima delicta facilis casus est, omnib
 stræ commissos Cives & publicā LEGUM Acad
 hoc ipso PROGRAMMATE, ad officium & ob
 GIBUS se alligatos agnoscant, idq; opere ipso
 mus, ne quis forte ex impunitate qvorundam de
 in primis, abolitam jam opinetur Sanctionem A
 res proscriptib. Cumq; in confessu nostro hester
 eret, Duellorum illam licentiam adeo invaluisse,
 SOS nostros duellis, nec cæsim saltem: sed & pu
 remedio severiore portus occupetur, metuendū
 vel plurium, funus efferatur, ipsiusq; & hu;us mo
 ra insequeatur. Qvocirca, licet non ideo Cæs
 beant, qvōd harum severitatē aliquando temper
 tatis mitiget, præsertim ubi manifesta pœnitent
 oris præbent, cum tamen conuivere malo in plu
 non elementiæ sit: sed crudelitatis, ne, qvōd PIE
 NTIÆ sacrarium esse debebat, in crudelis saevi
 quo sic satis propioribus annis turbato, Pelion
 uno Juvene salus efferatur Patriæ, decrevimus
 Confessu, non solum Programma sub Rectora
 stro d. VII. Majian, cto ioc LXXII. cum ex pari d
 retur, publicatum de tabulā Academicā, intima
 habetur, statutum hue transscribere, ne quis f
 ceps ignorantiam allegare, & petulans vel fer
 ausit expectare. Verba autem statuti ita
 Ut publica tranqvillitas firmius munia
 dium & tumultuum vitentur, Relegat
 amus petulantibus θραυδέλοις grassato
 intra mœnia, vel extra oppidum confl
 sive ad dimicandum provocans, sive p



the scale towards document

NATURÆ
 ὅρατης,
 sanabiles in
 persuadere
 lurimos esse
 iuora, & ab
 dictione no
 selectione, &
 iam, ut LE
 ocare volui
 LLORUM,
 & Duellato
 obis fides fi
 o STUDIOS
 os esse, ut nisi
 ius saltē; sed
 & vitæ jactu
 bur non ha
 am benigni
 itæ correcti
 i grassaturo,
 TIÆ, SAPI
 degeneret, in
 ssæ, & vel in
 rdnis nostri
 i nomine no
 entiæ turbas
 , qvōd in illo
 nachus dein
 litigationem

siones Cæ
 a denunci
 nter se vel
 squis ergo
 onfligit, is
 sciāt

Image Engineering Scan Reference Chart TEC3 Serial No.